Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Farrago.

https://hdl.handle.net/1874/362699

Farrago.

Farrago.

Atium olim dicebatur italia eo q illic Saturnus latuerit pulsus celo a ioue filio. Inde latinus a um ad latium pertinens.

¶ Latina lingua est lingua hominum in latio habitantium.

¶ Latine aduerbium qualitatis est. Et construitur cum verbis loquendi canendi scribendi: vt Joannes loquitur latine. canit latine. scribit latine. hoc est qualiter latini loquuntur canunt et scribunt

¶ Petrus loquitur latine perfectio: oratio est q petrus loquitur latinum eo q latinum adiectiuum nomen est exigens sibi adiungi substantiuum. latine autem aduerbium est nihil nisi verbum sibi coniungi postulans

¶ Petrus loquitur latinum sermonem perfectus sermo est Petrus latinum loquitur imperfectus. quem si perficere volumus substantiuum nomen addamus necesse est.

Petrus loquitur gallice teutonice grece perfecte orationes sunt.

Petrus loquitur gallicum teutonicum grecum imperfecte Oportet enim in eis subaudiri sermonem. Ouidius Ipse mihi video: iam dediciſſe latine. Nam didici getice barbarice q loqui.

Petrus iamdiu habitauit in gallia vt dedicerit teutonice loqui. Die heeft soe langhe in walschlant ghewoent dat hie dat duytsch vergheten heeft.

Iuuenalis in satyra. Credo pudiciciam Nam quid rancidius q q se non putat vlla Formoſam: niſi que de thuſca grecula facta est. De ſulmonenſi mera cecropis omnia grece. supple loquuntur. Cum ſit turpe magis noſtris neſcire latine ſupple loqui vbi carpit. Iuuenalis. Mulieres rhomanas q non erant contente latina lingua ſed loquebantur omnia grece

¶ Homo currit est latina oratio melius dicitur quam homo currit est bonum latinum. Bonum enim latinum duo adiectiua nomina sunt que non coherent. adiectiuum enim nō adiacet adiectiuo.

¶ Orationum quedam sunt bene latine. quedam non bene latine. quedam vix bene latine. hoc est quedam sunt satis latine. quedam non latiue. quedam vix satis latine

¶ Homo currit est oratio bene latina vel plane latina. liber ē meus est oratio bene latina vel plane latina. liber est mei est oratio vix bene latina. Non enim genitiuus casus mei potest apponi verbo substantiuo

¶ Augustinus loquitur latine sed non bene latine. vel non satis latine vel vix bene latine. Hie spreeckt latijn mer gheyn goet latijn. Unde Ouidius. Quam legis a rapta briseide littera venit. Uix bene barbarica greca notata manu. Ordo est littera vix bene greca hoc non est satis greca notata. id est scripta barbarica manu.

¶ Petrus nō bene teutonice loquitur vel non satis teutonice vel vix bene teutonice. Hy en spreckt gheyn goet duytsch

¶ Teutonus dicitur homo in teutonia genitus quo modo gallus homo in gallia genitus. Teutonus eyn duytsche. Gallus eyn wale. Teutonia. est terra teutonorum. Gallia est terra gallorum. Teutonicus. Gallicus sunt nomina possessiua Juuenalis. Cum de teutonico vellet descendere curru. Rectius dicitur. Petrus est teutonus gallus quam teutonicus gallicus.

¶ Teutonicalis. Gallicalis superuacua nomina sunt cum eis non egeamus. Significat ēm teutonicus a um idē quod teutonicalis. Gallicus a um idem quod gallicalis

¶ Qui vtuntur nomine teutonicalis falluntur. Credunt ēm nomen teutonicus esse gentile ⁊ nomen teutonicalis possessiuum quod veritati consentaneum non est. Est ēm teutonus gentile nomen ⁊ teutonicus possessiuum

¶ Utile est scire volentibus latine loqui an oratio infinitiua que dictum dicitur mutanda sit in orationem ab vt incipientem ana q. Scio Joannem legere mutatur sic. Scio q

ioannes legit. volo ioannem legere mutatur sic. volo vt ioannes legat. Joannes fecit me legere mutatur sic. Joannes fecit vt ego legerem. Facio efficio fio factus patiuntur sibi orationem apponi ab vt incipientem vt paupertas facit vt ioannes mendicet. egritudo fecit vt ioannes heri non venerit ad scholas. desidia ioannis fecit vt nihil disceret. Deus non efficit vt homo peccet. licet permittat hominem peccare deus efficit vt homo bonum faciat. Non fit a deo vt homo peccet. non est factum a deo vt homo peccaret.

¶ Omnis oratio actiua mutari potest in passiuam. Ideo oratio in qua ponitur facere potest verti in orationem in qua ponitur fieri. Joannes fecit hanc domum fieri mutatur sic. Joãnes fecit vt hec domus fieret A ioanne factum est vt hec domus fieret. A ioanne factum est hanc domum fieri

¶ Cum oratio actiua mutatur in passiuam appositum verbi actiui fit suppositum verbi passiui: vt ioannes amat petrum mutatur sic. Petrus amatur a ioanne. Jubeo te legere. mutatur sic. tu iuberis a me legere. Delebo tibi pecuniam. mutatur sic pecunia delebitur tibi a me

¶ Cum appositum verbi actiui est oratio ab vt incipiens debet oratio eadem fieri suppositum verbi passiui: vt Joannes facit vt ego legam sic mutatur fit ab ioanne vt ego legam

¶ Cum orõ a ꝙ incipiens est appositum verbi actiui debet eadem fieri suppositum verbi passiui: vt ioannes credit ꝙ petrꝰ sit domi. mutatur sic. ꝙ petrus sit domi credit̃ a ioanne

¶ Quandoqꝫ oratio incipiens a ꝙ est suppositum verbi ꝛ oratio incipiens ab vt appositum: vt ꝙ ioannes est egris pedibus facit vt non petat templum

¶ Ubicunqꝫ ponitur vt non. ibi etiam potest poni ne. quoniam ne idem est quod vt non. Item quo minus idem est quod vt non. potest ergo recte dici ꝙ ioannes egrotat vel laborat febribus facit vt non petat scholas. ne petat scholas. quo minus petat scholas. Occupationes impediuerunt me quo minus venirem ad te. van onledigheyden conde ick nicht tortyghecomen.

¶ Quid fuit tibi impedimento quo minus hic venires. wat

hinderde di dattu hier nicht en queemste. Sola desidia tua impedimento tibi fuit quo minus huc faceres

¶Quesitiuo quid quandoq; respondetur oratio a q incipiens quandoq; ab vt ne quo minus vt quid fles quid dolet tibi q nihil dixi vehementer mihi dolet

Quid rogauit te petrus vt darem operam litteris

Quid egritudo fecit quo minus peterem ludum litterarum

Signat t significare differunt possimus tam res animales q inanimas signare. Pastor signat oues suas littere etiam signari dicuntur t testamenta. Ouidius. Flens quoq; me scripsit nec qua signabat ad os est. Ante sed t madidas gemma relata genas. Signare litteras. brieue besegelen

Utrum sigillum format ex se sigillare quo modo signum signare consulantur auctores

Resignare litteras est litteris signum auferre. Non decet quẽ piam resignare litteras ad senon datas

Niemant en sal vreemde brieue op breken.

¶Res que nostre sunt signamus quo modo pueri libros suos signare solent. Cum autem damus id quod nostrum est alteri dicimur id resignare quia ei signum nostrum auferimus. Horatius. Hac ego si compellor imagine cuncta resigno

Signare dicitur teutonice mercken of tekenen. Significare est alicui aliquid notum facere: vt ioannes significauit mihi petrum redisse. Uel significare est facere hominem de aliqua re cogitare: vt asinus significat asinum. Hoc est hec vox asinus facit audientem eam cogitare de ea re que est asinus. Cum primum eñ auditur ab aliquo litterato hec vox asinus protinus incipit cogitare de asino.

Significare construitur cum accõ: vt deus significat deum. et cum dicto hoc est cum oratione infinitiua: vt deus est significare deum esse. Qui dicũt ensis tantum significat sicut gladius non recte dicũt. Sicut eñ nõ refertur ad tm̃. melius dr ensis tm̃ significat quantũ gladius aut id qõ gladius.

Socrates significat sicut plato recte dr. Utrũq; eñ nomẽ proprie significat Socrates id significat qõ plato falso dicit Nõ eñ socrates eum ipsum hominẽ significat quem plato

Post verbum significandi quandoq; ponitur oratio infiniti/
ua aut oratio indicatiua vel coniunctiua incipiens a q: vt pe
trus significauit mihi ioannem esse domi vel quod ioannes
sit domi. Quandoq; oratio coniunctiua incipiés ab vt: vt pe
trus significauit mihi vt venirem ad se. hoc est significādo mā
dauit mihi vt venirem ad se.

Si quis diceret petrus significauit mihi q venirem ad se nō
satis proprie loqueretur.

Cum enim hec verba significo. dico. scribo. nuncio. renuncio.
mandationem significant exigunt sibi apponi orationem con
iunctiuam ab vt incipientem. Cum vero tantum notum fa/
cere significant exigūt orationem infinitiuam sibi apponi aut
coniunctiuam a q incipientem: vt Petrus significauit dixit
scripsit nunciauit mihi Paulum rediisse vel quod paulus re
dierit.

Petrus significauit dixit scripsit nunciauit mihi: vt venirem
ad se hoc est scribendo significando dicendo mandauit mihi
vt venirem ad se

Volenti latine loqui magnopere cauendum est ne particulaꝫ
q pro particula vt ponat aut contra vt pro q.

Qui dicit ioannes rogauit me q venire m ad se non satis pro
prie loquitur si vult tantum significare quantum Johan bat
my dat ick tot hem solde komen. Joannes rogauit me q ve/
nirem ad se tantum significat quantum ioannes rogauit me
idcirco quia venieba m ad se. hoc est hie bat my daerom want
ick tot hem quam

Potest hoc pronunciatum ioannes rogauit me q venirez ad
se esse falsum cum hoc verum est. Joannes rogauit me vt ve/
nirem ad se

Cum dico ioannes rogauit me q venirem ad se significo me
venisse ad ioannem

Cum dico ioannes rogauit me vt venirem ad se non significo
me venisse ad ioannem

Joannes rogauit me q venirem ad se. mutatur hanc oratio/
nem: vt ego venirem ad ioannem fecit vt rogaret me. Roga/
uit Jesum quidam phariseus vt apud se manducaret. Ibi ro

gauit eum vt construitur. Rogate dominum messis vt mittat operarios in messem

Pueri sepe ponunt q̄ pro vt. eo q̄q̄ ⁊ vt apud teutonos eandem interpretationem habent. Quod enim interpretatur dat et vt vt interpretatur dat. Scio q̄ ioānes veīat ad me interp̄tatur. Jck weet dat iohan tot my kompt. Rogo ioannem vt veniat ad me. interpretatur Jck bidde iohan dat he tot my come. Joannes dicit mihi q̄ Petrus esset domi. Johan sachte my dat peter by huys was Joannes dixit mihi q̄ venirem ad partes est oratio vitiosa habet enim duos soloecismos

Ponitur in ea q̄ pro vt. partes pro patria. Partes necesse est construi cum genitiuo: vt ibo ad partes quasdam hollandi Uenio de quibusdam partibus hollandie. In partes Tyri ⁊ Sidonis. in nonnullis partibus hollandie annona chara est In sommighen plaetzen van hollant is dat koern duyr.

Patria significat locum natalem et exigit sibi apponi genitiuum casum vel pronomen possessiuum: vt in patria Martini. in patria mea. in patria tua. Non solum homo habet patriam sed etiam vinum et alij fructus vt nosti patriam vini illius. weetstu waer die wijn ghewassen is. Que est patria casei butiri. maer is die kese of butter ghewassen. Patria nō soluz significat terram sed vrbem in qua quis natus est: vt Dauentria dauentriensium patria est.

Cauendum est ne inscriptiones hoc est tituli librorum corrumpantur. Turpe enim est res debitis fraudare nominibus. Disticha ioannis garlandini corrupto nomine distigia vocantur.

Disticha sunt bini versus plenam ⁊ absolutam sententiam cōplectentes qualia sunt disticha Catonis que quia plane scripta sunt habeantur lectione digna. Disticha autem ioannis indigna videntur que a pueris discantur

¶ Tetrasticha sunt quaterni versus plenam sententiam comprehendentes. Marcialis ad Sabellum. Quod non insulse scribis tetrasticha quedam. Distieha q̄ belle pauca sabelle facis Laudo nec admiror facile est epigrāmata belle Scribere. sed librum scribere difficile est

¶ Joannes Garlandinus. non enim catullus dicitur. Catullus de verona. sed Catullus veronensis. nec opera Ouidij dicuntur opera Ouidij de Sulmone. sed opera Ouidij Sulmonensis.

¶ Tractatus Petri hispani non inscribũtur Ttractatus petri de hispania

¶ Ignorantes etymologiam fraudant dictiones origine debita. Dicunt enim dictiones inde deriuari. vnde nunq̃ traxerunt originem

¶ Dialectica si Tortellio credimus dicitur a greco verbo dialego me quod disputare dicitur

Dialectica enim ars disputatoria est

Dialectica est ars inueniendi argumenta ⁊ formandi argumẽtationes

¶ Dialectica dialectice significat artem argumentandi

Dialectica dialecticoꝝ dicũtur scripta de arte argumẽtandi

Dialectica est argumentorum inuentrix quia ostendit nobis sedes argumentorum hoc est locos in quibus latent. Ex quibus petenda sunt.

Dialectica est argumentationum formatrix. quia tradit nobis regulas scd̃m quas si argumentamur bene argumentamur ⁊ bonas argumentationes formamus

¶ Argumentum ⁊ argumentatio differunt eo ꝙ argumentatio est oratio constans ex antecedente ⁊ consequente: vt sortes currit igitur sortes mouetur.

Argumentũ est id cui aliquid cõsequitur vt argumentũ vere amicicie est non deserere amicũ in aduersis

¶ Argumentum est nomen ad aliquid dictum. Est enim omne argumentum alicuius rei argumentum vt quia lachrymarum profusionem consequitur dolor. lachrymarum profusio doloris argumentum dicitur. Seneca. Primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari.

Inuenire argumenta potest facile dialecticus

¶ Orationum quedam constant ex partibus eiusdem lingue quedam ex partibus diuersarum linguarum

Oratio constans ex latinis dictionibus vocatur oratio latina: vt liber petri. que ex grecis cõstat greca vocatur: vt onos lyras hoc est asinus lyre. Onus enim asinus dicitur. lyras autem est grecus genitiuus huius nominis lyra.

A lyra lyrici poete illi dicti sunt qui versus ad lyram decantandos componebant

Oratio constans ex duabus partibus quarum altera greca ẽ altera latina. vel potest dici composito nomine greca latina oratio: vt libri eneidos. libri basileon

Eneidos est grecus genitiuus nominis eneis

Eneis est poema siue carmen de enea scriptum cuius genitiuus est eneidos accũs eneida: vt Virgilius eneida scripsit

¶ Non est credendum eneida esse accusatiuum pluralem sed singularem. Non enim dicimus eneida eneidorum sicut georgica georgicorum

Cum dicitur Statius thebaida scripsit. Virgilius eneida. accusatiui huiusmodi singularis numeri sunt. Thebais enim thebaida accusatiuum habet

Libri basileon regum libri dicuntur. Nã basileus cuius pluralis genitiuus est basileon rex dicitur

Cauendum est pueris ne ab ipsis nomina artium liberaliũ corrumpantur

¶ Grammatica quelatine litteratura dicitur cum geminato m scribi debet. Grammatica ce feminini generis significat artem recte loquendi ⁊ scribendi. Grammatica corum. dicũtur pertinentia ad grammaticam. Itaq; opera grammaticorum hoc est ea que de grammatica scripta sunt vocantur grammatica: vt Prisscianus scripsit grammatica

Quomodo Bucolica orum ⁊ Georgica orum sunt nomina operum. ita etiam grammatica orum. Dialectica orum. Rhetica orum. Mathematica orum. Physica orum Methaphysica orum. Aethica orum. Politica orũ. Oeconomica orum. Topica orum. Arithmetica orum. Musica orum. Astronomica orum. Geometrica orum nomina operum sunt

Vt latine dicitur. Commoda mihi Georgica virgilij. ita ⁊ latine dicitur. Commoda mihi. Dialectica petri hyspani. Com

moda mihi. Methaphysica Aristotelis.
Recte dicitur Aristoteles scripsit dialectica. rhetorica. physica. methaphysica. hoc est scripsit ea que pertinent ad dialecticam rhetoricam physicam methaphysicam
Dialecticace cum latino i z ct scribitur qui dialecticam cum greco y z absqz c scribit duos barbarismos facit
¶ Soloecismus est vitiosa constructio partium orationis. Et fit cum pars orationis construitur cum parte cui nō congruit. Soloecismus dicitur trito nomine incongruitas quia cū soloecismus fit cōstruitur pars cum parte cui nō congruit
Latinitas sermonis dicitur congruitas qz cum in sermone ē latinitas pars cum parte congruit
Regule congruitatis sunt regule latinitatis he sunt regule ꝑz quas fiunt sermones latini.
Varia sunt genera regularum. Sunt enim regule viuendi. Cuiusmodi sunt precepta decalogi z canones sanctorum patrum. Sunt regule argumentandi que sunt regule dialectice Sunt regule loquendi que sunt regule grammatice. Sunt regule dicendi copiose et apte de qualibet re et he sunt regule rhetorice. Sunt regule medendi et he vocantur canones medicine.
Orationes formate scōm regulas grammatice vocantur orationes congrue
Congruitas z incongruitas in omni lingua reperiuntur
Ick bin du biste. orationes teutonice z congrue sunt quoniā ick. pronomen teutonicum prime persone non congruit verbo biste secunde persone
¶ Contra eos qui modorum significandi noticiam credunt grammatico necessariam qui nouo nomine modiste vocantur.
¶ Qui dicunt modorum significandi noticiam efficere grammaticum falluntur. Non propterea quispiam grammaticus dicitur quia scit modum significandi materialem nominis eū esse qui nomini cum pronomine communis est z formalem. eum qui nomini proprius est. sed qui scit latine loqui et scribere is grammatici nomine dignus est.

¶ Nemo negatur propterea esse grammaticus quia nescit qui sunt modi significandi essentiales et accidentales materiales et formales. absoluti et respectiui partium orationis. sed qui recte loqui et scribere nescit quantumcunq; verborum de modis significandi faciat grammatici nomine indignus est.

¶ Nonis dicitur grammaticus qui scit genitiuum casum significare per modum: Ut cuius est alterum. sed qui scit nō recte dici genitiuum significare per modum: Ut cuius est alterum.

¶ Grammatici qui de modis significandi scripserunt si qui dem grammatici dicendi sunt barbare scripserunt. Veteres autem qui ne verbum quidem de eis fecere rectissime locuti sunt. Et quamlibet modorum significandi noticiam non solum non prodesse sed vehementer officere eis qui grammaticam profitentur. Cur itaq; non docent pueros modos significandi nisi quia eos charteres habent quā vt eis tam inutilia tanq; noxia inculcent.

¶ Quid prodest scire q̄ modus significandi materialis pronominis est significare per modum habitus et quietis. formalis autem per modum determinate apprehensionis si nescias latinius dici. liber est meus quam liber est mei. liber est meus ipsius quam liber est meī ipsius. liber est meus ꝛ Joannis quam liber est mei et ioannis. liber est meus qui lego quam liber est mei qui lego.

¶ Quid prodest noticia modorum significandi si nescias has orationes esse barbaras esse vitiosas

¶ Ego dedi sibi librum. tu dediſti sibi librum. Ego misereor sui. Tu misereris sui. Ego diligo socium suum. Tu diligis socium suum suum. Pueris danda est opera vt sciant que cōstructio debeatur pronominibus relatiuis reciprocis que nō reciprocis hoc est vt sciant quando vtendum sit pronomine suus. quando pronomine is aut eius obliquis. Joannes diligit socium suum recte dicitur. pronomen enim suus tunc recte apponitur verbo cum antecedens eius verbo supponitur: Ut ioannes socium suum diligit.

¶ Qui pronomen reciprocum pro non reciproco ponit non recte loquit. Itemq; qui non reciprocum pro reciproco ponit a vicijs liber nō est. Joannes sociū suū diligit ōō pfcā est. Joannes diligit sociū eius oō imperfecta est quā sic poterimus perficere Joānes diligit sociū eius cui heri librū commodauit

¶ Modi significādi nō efficiūt cōstructōem ptiū oōis Ptiūs em̄ mei habet eum modū significādi quē ceteri gtī & nō habet constructōem ceteroꝝ gtōꝝ. Recte em̄ dicitur liber ioānis. sed nō recte dicitur liber mei. Recte dicitur liber est ioannis. non recte liber est mei

¶ Quid prodest genitiuo mei significare rem cuius est alterū cum non possit construi cum nomine significare rem que alterius est. siquidem liber mei non recte dicitur

¶ Que coniūctio habet modū significādi quē & cōiunctio. et nō habet cōstructōem quā & cōiūctio. Recte em̄ ōr. Ego & tu damus. nō recte aūt ōr Ego oq; tu damus

¶ An & ne eundem modū significādi habent sed nō candē cōstructōem. Recte em̄ dicitur. An ioānes est domi. non recte ne ioannes est domi. Tenus & ꝑsus ꝓpositōes eum modum significandi habent quē ceterę ꝓpositiones sed nō eandē cōstructionē quā certe. Recte em̄ dicitur in capulo nō recte tenus capulo. Dicendū est em̄ capulo tenus Qui mō significādi debēt hi gtī pluris minoris tanti quāti q; construuntur cum verbis ad emendū & vendendū ptinentibꝰ potius quā hi gtī aureoꝝ philipporū hoc est cur latine dicitur Liber meus tāti emptus est quanti tuus cū nō dicatur latine liber meus tot aureorum emptus est quot aureorū tuus. Habemus ambiguas orationes ambiguas ptes oōis. Hoia q̄ vulgo eq̄uoca vocant rectius dicūtur ambigua q̄m eq̄uoca sunt res significate ambiguo nomine Ambiguū aūt nomē multas res diuersis rōnibꝰ significans vel nomē ambiguū est nomen qō cum profertur ambiguū est quid significet. Nomen alexandri ambiguū est. Alexander aūt magnus & troianus alexander equiuoca sunt Hoia ambigua polysema grece dicūtur. Polys em̄ multū ōr. et sema signū. Jn polysemus a um multa signās. Seruiꝰ in primū eneidos. Lano polysemus sermo est. Equoca ꝑnt di

ci cognomina. Sūt eñ cognomina que idem nomē habent. Hō mortuus ē cognomis homi viuo. Vocat eñ hō mortuꝰ hō quēadmodū hō viuus Cū eñ dicimus hō ambulat de viuo hoīe loq̄mur Cū aūt dicimus hō sepelit de mortuo. Homen cognominis ad aliq̄d dr. Nemo eñ dr cognomis nisi q̄ aliquē sibi cognominē hz Cognomis ne dr teutonice ghenanne. Binominis ne dr habens duo noīa. Utr̄ aūt binominus a um dicatur nec ne cōsulātur gr̄amatici. Ambigue orōes sūt que cū proferūtur ambiguū est q̄d significent quales sunt he orōnes amor ioānis odiū petri. Volenti recte loqui necesse ē scire que ps orōis ad quā referatur. Quēadmodū quātum referatur ad tantū ita tam ad q̄lit vt ioānes est tam doctus q̄ petrus. Tam r q̄ equalitatem significant. cuz eñ dicit ioannes tam doctus est q̄ petus. significantur ambo eque docti esse. Joannes tam doctus est sicut petrus non recte dicitur. Sicut nō referr ad pticulā tam qñ sicut qualitatē significat tam vero q̄titatem. Tam r q̄ adduntur nominibus verbis aduerbijs r orationibus causalibus. possunt r pronoibꝫ addi. vt quod ex parte meū est nō tam meū est q̄ id qđ ex toto meuz est. Pronomini non repugnat compatio eo q̄ ei possunt addi aduerbia magis r minus. Qđ eñ ex toto meū est magis meū dicit q̄ id quod ex parte. Aduerbijs adduntur vt tam mane veni q̄ tu. Tam vesperi redij q̄ tu. Tam pene cecidi q̄ tu. Jck hadde soe nae gheuallen als du. Querendum est. q̄ pene perlegisti librum. hoe nae heestu dat boeck wt gheleesen Quasi nō significat id quod pene. Itaq̄ nō recte dicitur q̄ quasi perlegisti librum. Quasi simulationem significat: vt ioannes salutat petrum quasi diligat eum. hoc est simulat se diligere eum Qui cunq̄ scōm veras regulas argumēt̄atur bene argumentātur qui scōm falsas vitiosas argumentationes facit Syllogismi boni formātur scōm veras regulas. Vitiosi aūt scōm falsas. Syllogismus p̄mi modi p̄me figure formatus est scōm hanc regulā. Si a dr de omni b r b de omni c dr. necesse est a de omni c dici. hoc est si maior extremitas dr de medio distributo. r medium dicitur de minore extremitate distributa. necesse est maiorē extremitatem dici de minori extremitate distributa. Syl

logismus secundi modi prime figure ad hanc regulam formatur. Si a negatur de omni b et b de omni c necesse est a de omni c negari. ¶ Syllogismus prime figure cuius minor propositio negatiua est qualis est hic. Omne aial est substantia. nullus aũt lapis est aial. igitur nullus lapis est substantia. ideo vitiosus est q; factus est scõm falsam regulã que hec est Si a dicitur de omni b z b negat de omni c necesse est a negari de omni c. Est aũt hec regula falsa q; cũ scõm eã argumẽtamur maior extremitas que in maiore ꝓpositione manet indistributa in conclusione distribuit. Quẽadmodũ syllogismi scõm falsas regulas formati sunt vitiosi. ita orationes scõz falsas regulas facte vitiose efficiũtur. Hec regula falsa est. posterius supinũ cũ verbo significãte reditũ hoc est motũ de loco cõstruendum est. Nõ enim recte dicitur Redeo lectu cum ita nullus auctorũ locutus est Quemadmodum is non loquitur teutonice qui ita loquitur quo modo nullus teutonorũ locutus est ita nec latine is loquitur qui ita loquitur quomodo nullus latinorũ locutus est. Qui loquuntur scõm hanc regulam. Omne gerũdium supponit sibi acẽ casum nõ recte loquũtur. Non enim apud latinos gerundio accusatiuus casus supponitur nisi cũ more grecorum interꝑtes sacre scripture interdũ loquuntur nobis tamẽ nõ est ꝓmissum supponere gerundio accusatiuum quia priuilegia paucorum non sunt leges cõmunes omnium. Non enim ita paganis permissum est testari quomodo militib. Nos recte dicimus. Tempus est nos surgere. Non autem licet nobis dicere. Tempus est nos surgendi. Tempus est nos essendi sapiẽtes non recte dicit. nõ enim dicit essendi cuz nullus auctorum eo gerundio vlus sit nec dicitur nos essendi quoniam gerundium sibi accũm non supponit. Quod z vt hoc discriminis habent q; oratio cui preponitur vt causam finalem significat. cui aũt q; preponitur causam efficientem: vt Ledo te virgis q; dignus es qui virgis cedaris vel q; meritus es virgis cedi. Ledo te virgis quo te corrigam quo te emendẽ quo te bene moratum reddam facima efficiam. Qñq; eidẽ verbo postponuntur vt et q; cõiunctio ꝑ tam z q̃: vt Ledo te virgis non tã q; dignus es qui cedaris q̃ vt te bene moratũ reddam.

Ick slae dy nicht alsoe seer daerom dattu dat dat verdeynt he
uest alst daer omme dat ick dy gherne berue makē solde. Do-
let ꝟbū in tercijs ꝑsonis qñq; hz ntm̄ casum sibi suppositū vt
dentes dolēt mihi. teu. die tanden doen mi wee. Caput dolet
mihi. teuto. dat hꝫuft doet mi wee. doleo caput. doleo dentes.
poetice orōnes sunt. Cōtumelia plus mihi dolꝫt q̄ꝫ dānū. teu
to. die spyt doet mi weer dā die schade dcm̄ ioānis dolet mi-
hi. dcm̄ dr eyu drogesehotekē: vt sic cū volum⁹ alicui suā ig-
norantiā exprobrare dicamus. Tu pauca oblit⁹ es. Jñ dicax
dicit q̄ dcā iaculat in alios. teu. die droghe schotekens plecht
te schetē. Nullius dcā mihi pl⁹ dolēt q̄ꝫ petri. Si iaculaberis
dcā in me ego retorq̄bo ea in te. Schutstu my ick schiete dy
weder. Therē. Tuū ne obsecro dcm̄ erat. was dat dijn scho-
tekē. Qñq; etiā dicūtur oīa q̄ dicunt vt dcā ꝛ fcā ioannis sunt
memoratu digna. Qñq; ꝟbo dolet supponit orō incipiēs a ꝙ
vt dolet mihi ꝙ feci hoc. Dolebit tibi cras qd̄ nūc facis Sepe
solet hoīb⁹ mane dolere qd̄ noctu fecerūt. Dat plecht dic wijl
des morgēs berouwē dat die lude des nachtes doen Unū et
alterū qñq; postponūt sibi vt qñq; ꝙ vt duo sunt q̄ mihi vehe
menter dolent. vnū ꝙ tibi corā adeē nequeo. Alterū ꝙ absens
tibi opitulari nō valeo. Duo sunt q̄ abs te peto. Unuꝫ vt tue
valitudinis rōem habeas. Alteꝝ vt nisi sanus huc nō reuerta
ris. Due cause fuerūt ꝓpter quas te castigaui vna ꝙ dignus e
ras q̄ castigareris. Altera qꝛ te corrigerez. Duo sunt q̄ mihi ve
hemēter dolēt q̄ me valde angūt. Unū est ꝙ ioānes male ha-
bet. Alterū ꝙ indies egritudo eius augescit. Unū ꝛ alteꝝ eti
am postponūt sibi ne si cōstruātur. cū verbis timendi. vt duo
sunt q̄ timeo. vnū ne ioānes egrotet. Alteꝝ ne inopiā vict⁹ pa-
tiatur. Operepciū est scire quib⁹ dcōib⁹ elegāter postponitur
coniunctio. vt Post tam tantū adeo sic ita elegāter vt ponitur
vt ioānes tā doctus est vt nemo sit ei doctior. Jaānes tm̄ eris
alieni habet vt id nūq̄ꝫ dissoluturus sit. Habere es alienū ē de
bere. dissoluere est reddere debitū. Joānes adeo fortis ē vt ne
mo eū supare possit. Cauendū est ne posset ꝓ possit ponatur.
Uerbū em̄ possit postponit ꝟbo pñtis tpis sed ꝟbū posset ꝟ-
bo p̄teriti tpis. Itaq; recte dr. Joannes adeo fortis ē vt nemo

eum supare possit. Item q̃ recte dicit Joãnes adeo fortis erat vt nemo eũ supare posset. Horatius. Nemo adeo ferus est vt nõ mitescere possit. Cauendũ est ne coniũctioni vt subiungat̃ indicatiuus modus. Ita q̃ nõ recte d̃r. Joãnes adeo fortis ẽ. vt nemo valet eũ supare. Post sic vt ponit̃ in euãgelio Sic deus dllexit mundũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Tullius in Catone maiore. Senectus plerisq̃ sic odiosa ẽ: vt onus ⁊ naturã grauius videãtur sustinere. Post ita etiã ponit̃: vt btis ita bene est vt nõ possit eis melius esse. Petrus ita doctus est vt mirũ sit eũ tam doctũ esse. Nõ est mihi ita bene vt libeat mihi iocari. Post ita sequitur vt aduerbiũ: vt ita te amo vt meũ ip̃sius cor. Inter vt aduerbiũ ⁊ vt cõiunctõem hoc interest q̃ vt aduerbiũ potest cõstrui cũ indicatiuo mõ vt cõiunctio sp̃ cuꝫ cõiunctiuo cõstruit̃. Cũ dicit̃. Ita me deus amet vt ego tibi cupio bene esse: vt aduerbiũ est. Ita me deus adiuuet vt ego tibi nihil debeo. Ita me deus adiuuet vt mihi debes quod a te exigo sacramẽta sunt potest ei q̃ dicit peierare. Post abltõs essentiã demõstrãtes potest poni vt: vt ioãnes tanta p̃ceritate est vt nemo cõ p̃cerior sit. Maria q̃dam tãta altitudĩe sunt vt vada eoꝝ inueniri nequeãt. Trabs hec tãta crassitudĩe est vt nemo eã vlnis eꝯplecti possit. Crassitudo alias q̃titatẽ alias qualitatẽ significat. Crassitudo trabis quantitas est crassitudo ãt sanguĩs qualitas Animus humanus tãta capacitate ẽ vt eũ nisi snmmũ bonũ nihil implere possit. Cauendũ ẽ ne p̃ticula q̃ pro nisi ponatur. Auarus nihil amat q̃ diuitias non recte dicit̃ Muta quã in nisi ⁊ dic auarus nihil amat q̃ diuitias. Id si feceris recte loqueris. Cauendum est nobis ne barbaris quesitiuis vtamur. Quotarius nõ videt̃ latinñ nomen esse. Nam si quotarius latine diceret̃ posset ⁊ totarius latine dici. Essetq̃ hęc orõ latina. Ego totarius sum quotarius petrus. Si quotennis latine d̃r videt̃ ⁊ totẽnis latine dici posse Eritq̃ proinde hec orõ latina. Ego totennis sum quotennis tu es. Si noluerimus noĩe quotennis vti poterimus ita querere. Quot ãnos natus es Quot ãnoꝝ es Qua etate es Quotum annũ agis. Si quotuplex latine d̃r videt̃ ⁊ totuplex latine dici posse. Eritq̃ hec orõ latina nomen totuplex est quotu

plex verbum. Questiquum quotuplex non est nobis necessarium. Querimus enim per quot tam de singulis generum hoc est individuis quam de generibus singulorum hoc est de speciebus. Hec questio quot sunt animalia ambigua est. Ambiguum enim est vtrum queramus de numero animalium an de numero generum animalis.

Quemadmodum hec questio quot sunt animalia ambigua est ita & hec responsio. Tantum duo sunt animalia. Habet enim duos intellectus vnus est tantum duo numero sunt animalia. Alter tantum duo sunt genera animalium quorum vnum est genus hominum. alterum genus animalium mutor. Phalera est ornamentum equorum. Iuuenalis. Magnorus artificum frangebat pocula miles. Vt phaleris gauderet equus. Et si credimus Tortellio phalera a greco verbo phanero quod est illustro descendit.

Phalernum vinum quoddam dicitur a monte quodaz campanie qui phalernus dicitur in quo nascitur. sicut nos vocamus Elsatiense vinum quoddam a patria sua hoc est ab elsatia. Nec phalera nec phalernum a phalon descendunt.

Glossa grecum nomen est & solum cum grecis nominibz componitur. Dicitur enim buglossa lingua bouis. Cynoglossa lingua canis. Non autem componitur glossa cum latino nomine. ideo ceruiglossa non dicitur.

¶ Calos grece bonus dicitur. Inde philocalus bonus amicus. philos enim amicus dicitur siue amator. Nam philo grecum verbum tantum significat quantum amo. Non significat philos amorem vt multi dicunt sed amicum. Est enim concretum nomen non abstractum. Philtrum a philo descendit. Sunt autem philtra venena amatoria hoc est que faciũt homines amare & insanire. Ouidius. Philtra nocẽt animis vimq furoris habent. Vtrũ philtrum significet id quod teutonice vilt dicitur. interrogentur grãmatici. Idem interrogentur an cento significet id quod philtrum. Pueri solent verba timẽdi construere cum orationibus incipientibus a q. Ne enim orõnes teruntur a pueris timeo q magister sit in scholis. timeo q magister veniet. timeo q magister percipiet. Qui aũt latinius,

loquuntur construunt verba timendi cum orationibus inci-
piētibꝫ a ne ⁊ ab vt: Ut timeo ne magister venerit. Jck vruch
te dat die meyster ghecomen sy. Timeo ne veniat. my is leyde
dat hie come Timeo ne venturus sit. teuto. my is leyde dat he
wert comen. Timeo ne magister resciscat. my is leyde dat hie
et vernimpt. Timeo ne resciuerit. my is leyde dat he dat heft
vernomen. Timeo ne resciturus sit ꝙ intramus tabernā. my
is leyde dat he solde vernemen dat wy in die tauerne gaen Re
scisco resciui rescitum significat vernemen: Ut magister resci
uit omnia que heri fecimus non dubito quin de nobis suppli-
cium sumpturus sit. Uerba timendi etiam construuntur cuꝫ
ne nō que particule idem significant quod vt: vt timeo ne Pe
trus non veniat. ne non venerit. ne non venturus sit. my is ley
de he en come nicht. he en sy nicht gecomen. he enwerde nicht
comende. Timeo vt magister venerit significat em̄ quantum
Timeo ne magister non venerit. quoniam vt idem significat
quod ne non. my is leyde he en sy nicht ghecomen. Non ti-
meo ne petrus hodie veniat. my en is nicht leyde dat peter hu
den come. Boetius postposuit verbo timendi particulam ne
in secundo libro de consolatione philosophie vbi ita scriptum
reliquit. Si scit metuat necesse est ne amittat quod amitti pos
se non dubitat. In primo libro ita scriptum est. Nam qui val
lo eius ac munimine continetur nullus metus est ne exul esse
mereatur. Fatendum enim est etiam dici posse timeo ꝙ ioan-
nes veniet sed ea oratio tantum significat quātum timeo pro-
pterea ꝙ ioannes veniet. Multum interest inter has duas o-
rationes. timeo ne ioannes venturus sit. ⁊ timeo ꝙ Joannes
veniet. Potest em̄ hec esse falsa cum illa vera est. Timeo ꝙ ex-
tremum iudictum futurum est. ⁊ timeo ne extremum iudiciū
futurum sit non idē significant. Cum verba timendi constru
untur cum oratione infinitiua mutanda est ea in orationē con
iunctiuam a ne incipientem: vt timeo petꝝ reuersurū esse mu
tat̄ sic. timeo ne petrus reuersurus sit Qd̄ ꝑticula tria vitia fa
cit. primū cū abundat vt nescio q̄ꝫ ꝙ ioannes veniet. Alteꝝ cū
deest vt nihil aliud scio q̄ꝫ ioannes est domi. Tercium cū pro
vt aut ne aut alia particula ponit̄: vt timeo ꝙ ioannes veniet

¶ Hodos viam significās cū o aspirato scribit̄ ⁊ desinit in os
Oda aūt nunq̄ viam significat. Hodos gn̄is fei est cū cōpo-
sitis Itaq; exodus periodus methodus fei generis sunt. Ex-
odus exitus d̄r periodus circuitus methodus transitus Om
nis ars per methaphoram methodus d̄r qr omnis ars trāsi-
tus quidā est. Grāmatica em̄ trāsitus q̄dam est ꝑ ea quorum
sciētia ad grāmaticā ꝑtinet sicut dialectica trāsitus ꝑ ea quoꝝ
noticia ad dialecticū ꝑtinet. Quod oīs ars trāsitus ⁊ via que
dam sit significat. Virgilius p̄mo georgicoꝝ cū ait. Ignaros
q; mecū vie miseratus agrestes. Ingredere. vbi nomine vie si
gnificat rōem. hoc est artem agri colendi. Qui methodū cuz a
scribūt barbarismū faciunt. Logos sermonē ⁊ rōnem signifi
cat ⁊ cōponit̄ cū greca p̄positione a q̄ significat id quod sine ⁊
dicit̄ a logos qd̄ significat tantū quātum sine sermone vel rati
one. Deriuatiua a nomine logos cū g scribēda sunt. Ideo pec
cant qui his nominibus logicus. logica theologus astrologi
cus g litteram detrahunt.

¶ Finis huius Farraginis. Impressum Dauētrie. Anno
dn̄i. M.cccccij. In festo bti Panthaleonis martyris.

In ho hoc volumine finis huius farraginis

Carolus finis huius libri

[illegible] multiplicati



8177-79.